

Capilli crispī nimium subdolum, avarum, timidum, lucri cupidum
hominem ostendunt. Referuntur autem homines tales ad gentem
Aegyptiorum, qui sunt timidi, et ad Syrorum, qui sunt avari. Capilli densi
imminentes fronti nimium ferum animum declarant, quia referuntur ad speciem
ursi. Capilli supra medium frontis resupini ad cerebrum respicientes
calidum et minus sapientem animum dicunt ; referuntur enim ad gentes barbaras.
Capilli rigidi et rari frigidum hominem et timidum profitentur. Capilli
flavi et crassi et albidiores indociles et indomitos mores testantur ; referuntur
autem ad gentem Germanorum...

Colorum species in corporibus gentibus attributae sunt. Color niger
levem, imbellem, timidum, versutum indicat : refertur ad eos qui in meridiana
plaga habitant, ut sunt Aethiopes, Aegyptii et qui his juncti sunt. Color
albus subrubeus fortes et animosos indicat : refertur ad eos qui in septentrione
commorantur.

Des cheveux frisés dénotent un homme très rusé, rapace, peureux,
avide de gains. Des gens de cette espèce se rattachent à la race des Égyptiens,
qui sont peureux, et à celle des Syriens, qui sont rapaces. Des cheveux épais,
tombant sur le front, dénotent un caractère sauvage, car ces gens se rattachent
à l'espèce de l'ours. Des cheveux rabattus en arrière au-dessus du milieu du
front et tournés vers le haut du crâne annoncent une âme bouillante et peu
capable de discernement ; ces gens se rattachent aux races barbares. Des cheveux
raides et rares annoncent un homme froid et craintif. Des cheveux
blonds, épais et décolorés attestent de tempéraments incultes et indomptables
; ces gens se rattachent à la race des Germains.

Des couleurs différentes ont été données au corps dans les diverses
races. La couleur noire indique une personne légère, lâche, craintive,
versatile ; elle concerne ceux qui habitent dans la zone ensoleillée, comme
c'est le cas des Éthiopiens, des Égyptiens et des peuples voisins. Un teint
blanc légèrement rosé indique des gens vigoureux et courageux : c'est le type
de ceux qui habitent dans les régions septentrionales.

